

...всего ...

...всего ...



И ИСУДЕМІА ГІБІЕМІ
ЕЛ СОМІГІЕМ БЕРЬЕІМІ
Б Е С Т О Р

R E C T O R ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.



Qvod de serpentibus Physiologi referunt, vertente anno, iis, qui colorem & callum haectenus in veteri Pennalismi neqvitia duxerunt, optare strenæ loco possemus. Serpentes exuvias veteres ponere, novisq; tegumentis iadui, Physiologi dicti scribunt: nostris, ut, missis tenebrarum operibus, in luce ambulent, arma justitiæ induant, & sic cum anno novo vitam novam ordiantur, apprecamur. Quemadmodum secundum Pindari aureolum istud, δεχομένης ἔργα πρὸς ὤπλον χεὶρ δέμῳ τηλαυγές, i. e. frontispicium operis esse debet elegans: Sic Deus initium anni novi, qvòd à plenilunio æquinoctium vernum proximè sequente inchoabant Judæi, expurgatis omnibus fermenti veteris reliquiis, in azymis, sinceritatis vitæ argumentis, transigi, legibus certis caverat. Nos circa ineuntis anni primordia constituti, ritibus istis conformari volentes (id qvòd Deus benè vertat, & gratiâ suâ demandatis officii operibus imposterum adspiret) & veteris fermenti reliquias καθάρναμι expurgare conantes, iterum Electoralis mandati, statutorum Academicorum, pietatis & honestatis transgressorem pervicacem

JOHANNEM Hase / Grimitzschaviensem,

ex hoc loco, velimus nolimus, publico sistere cogimur. Qvia verò paululum fermenti totam massam inquinare solet, & hujus hominis delicta cum detrimento & offendiculo aliorum, qvin & contemptu Magistratus conjuncta sic comparata sunt, ut pœnam gravissimam promereantur, Nos officii demandati facturi Te


JOHANNEM Hase /

qvòd caudas vulpinas, ut cum tui similibus loqui consuevisti, abscissurus vel ex lente unguentum exprimere, pauperculos in Academia recentes argento emungere veritus non fueris, nec, ut complices, qvos Tibi duos adfuisse tute fassus, detegeres, adigi potueris, ad quadriennium, ab hac Academia relegamus, ut ocyus in pedes Te conjicias, & ante Solis abortum portâ excedas, non reversurus, donec dies cesserit, & relegationi dictum tempus præterfluxerit, his ipsis præcipientes. Atque utinam cum relegato hoc reliquias omnes fermenti veteris expurgare potuissemus. Interim pro fide, qvâ Deo, supremo Magistratui, Academiae & legibus obstringimur, nostro non deerimus officio. Qvos salus ipsa, si velit, servare non potest, qui proterviâ, petulantia, erga Deum & Principem impietate, erga sacra & cultum divinum irreverentiâ, erga Magistratum præfractâ inobedientiâ pœnas sibi arcessiverunt, aut arcessent imposterum; suapte culpâ pereant: qui verò corrigibiles adhuc sunt, iis cor columbinum, ne noceant, & oculum serpentinum, ne à seductoribus circumveniantur, apprecamur. P. P. XII. Januar. anno M DC LXII.

Handwritten text in a Gothic script, likely a Latin manuscript. The text is arranged in a single column and appears to be a formal document or a religious text. The ink is dark and the script is dense and uniform. There are some faint, larger characters or marks visible on the page, possibly serving as a guide or as part of the original text's structure.

Handwritten text, possibly a date or a specific reference, located in the middle of the page.

Handwritten text in a Gothic script, continuing from the main body of text. It is positioned at the bottom of the page and appears to be a concluding part of the document.



R E C T O R ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.



Vod de fermentibus Physiologi referunt vertente anno, iis,



tispicium
proximè
vitæ argu
istis conformari volentes (ad quod Deus bene vertat, & gratia sua demandatis omnem operibus in posterum
adspiret) & veteris fermenti reliquias καθάρω expurgare conantes, iterum Electoralis mandati, statuto-
rum Academicorum, pietatis & honestatis transgressorem pervicacem

JOHANNEM Hase / Grimitzschaviensem,

ex hoc loco, velimus nolimus, publico sistere cogimur. Quia verò paululum fermenti totam massam, inquinare solet, & hujus hominis delicta cum detrimento & offendiculo aliorum, quin & contemptu Magistratus conjuncta sic comparata sunt, ut pœnam gravissimam promereantur, Nos officii demandati satisfacturi Te

JOHANNEM Hase

quòd caudas vulpinas, ut cum tui similibus loqui consuevisti, abscissurus vel ex lente unguentum exprimere, pauperculos in Academia recentes argento emungere veritus non fueris, nec, ut complices, quos Tibi duos adfuisse tute fassus, detegeres, adigi potueris, ad quadriennium, ab hac Academia relegamus, ut ocyus in pedes Te conjicias, & ante Solis abortum portâ excedas, non reversurus, donec dies cesserit, & relegationi dictum tempus præterfluxerit, his ipsis præcipientes. Atque utinam cum relegato hoc reliquias omnes fermenti veteris expurgare potuissemus. Interim pro fide, quâ Deo, supremo Magistratui, Academiae & legibus obstringimur, nostro non deerimus officio. Quos salus ipsa, si velit, servare non potest, qui proterviâ, petulantia, erga Deum & Principem impietate, erga sacra & cultum divinum irreverentiâ, erga Magistratum præfractâ inobedientiâ pœnas sibi arcessiverunt, aut arcessent in posterum; suapte culpâ pereant: qui verò corrigibiles adhuc sunt, iis, cor columbinum, ne noceant, & oculum serpentinum, ne à seductoribus circumveniantur, aprecamur. P. P. XII. Januar. anno M DC LXII.

